

CAPUT XLV.

confirmat Idarius, & Alexandrinum Chronicon. Hoc enim anno Coss. ii. facere, quibus Urbem conditam asseverant. Sed & character diei in Alexandrino Chronico notatus, cum Indictione ita persuadent. Nam & feria 11. in xi. Maii anno Christi cccxxx. cecidit, & Indictio 111. Factum id labente anno Constantini xxiv. si ejus initium ab anno Christi cccvi. ducatur, die viii. Kalend. Augusti ut Idarius scripsit, tertio circiter mense ante ineuntem xxv. In Eusebiano Chronico ex editione Scaligeri ad annum Abraami mcccxlvi. ista leguntur: Constantinopolis dedicatur, pene omnium urbium nuditate. Cui quidem anno Christi trecentesimo trigesimo primo adscribitur ex ratione illa Eusebiani prochronismi, quam supra memoravi, Olympiadis vero cccxxvii. annus 11. At Pontacus hac Hieronymi verba ponit anno Abraami mcccxlvi. Christi cccxxxiv. Olympiadis cccxxvii. anno iv. Constantini xxv. Melius editio Scaligeri. Nam anno Christi cccxxx. innotuit annus 11. Olympiadis cccxxvii. qui ex Syromacedonum usu cepit ab Autumno anni cccxxix. una cum anno Abraami 2346.

Græcorum computatio varia.

Græci mundi annos Christi quævariè computant, dum Encania Constantini referunt. Theophanes annum mundi 5816. Christi cccxvi. quem ipsum esse scribit, quo Nicæna Synodus est absoluta. cui & Nicephorus assentitur lib. viii. cap. xxvi. Sed Theophanes Constantini xxxii. annum illum facit; Nicephorus xx. ut & Cedrenus. At Codinus annum Constantini xxxi. Tam autem hic, quam Zonaras & Cedrenus, annum ab orbis condito putant 5838. De multiplici Græcorum computo vide quæ lib. ix. explicavimus. Quam hoc loco tertio ista fecuti sunt, ea est quam Alexandrinam aliqui vocant; cujus in annum 5509. vulgaris ac Dionysianus Christi natalis incidit: cum Græcorum opinio sit 5507. Quare detractis annis 5509. reliquetur annus Dionysianæ ætæ 329. à Natali vero Græcorum 331. quo dedicata Constantinopolis est. At Theophanes alteram computandi rationem adhibet: secundum quam Natalis Dionysianus convenit anno mundi 5493. Græcorum vero sententia 5500. Quare ex illius calculo encania Constantinopolis, aut ejus fundatio cadent in annum ætæ communis 323. Apud Suidam in voce Κωνσταντινῆς πόλις anni ab Augusti Cæsaris monarchia ad Constantinopolim fundatam cccix. intercessisse feruntur: quod de inchoatis annis, non vertentibus accipe; si ab anno primo Actiaco repetatur exordium. Hic enim incurrit in annum Urbis dcccxxiv. Periodi Julianæ 4684. à quo trecentesimo tricesimo est annus ipse fundatæ Constantinopolis.

Onuphrii error.

Cassigandus vero ex iis omnibus est Onuphrius, qui Basilio & Ablabio Coss. id est anno Christi cccxxx. conditam esse Constantinopolim scribit in Fastis. quod perperam ex Marcellini Comitæ auctoritate colligit. Hic enim Mavortio solo Coss. Indict. v. scribit anno regni Urbis condita cxcvii. Justinianum Imperatorem à Justino factum esse Kalend. Aprilis. Est hic annus Christi dxxxvii. quo Indictio v. fuit. Porro Kalend. Aprilis labebatur annus à fundata Constantinopoli cxcvii. & xi. Maii sequentis innotuit annus cxcvii. Quare cum annus cxcvii. cœperit Indict. v. necesse est primum innotuisse Indict. 111. adeoque anno cccxxx. non cccxxxi. Alius ejusdem alioquin eruditi Faistorum conditoris error, quod Byzantium primum asserit à Lacedæmonis Paulania duce conditum. Hoc falsum est. Diu enim ante Paulaniam condita fuit; ut ad Themistii Orat. vi. olim observavimus.

Cassiodorus denique perperam Pacatiano & Hilario Coss. Byzantio nomen à Constantino inditum scribit. Quod par Coss. à vicennialibus quintum esse putat Scaliger lib. v. de Emend. cap. de Encaniis Constantinopolis. Sed errat. Constantinus vicennialia bis dedit. Primum in Oriente Paulino, & Juliano Coss. hoc est anno ipso Nicæni Concilii. Euseb. lib. 111. de ejus vita. Deinde Romæ anno sequenti, Coss. ipso Constantino vii. & Constantio Cæsare; ut testatur Idarius. At Pacatiani & Hilarii Consulatus à prioribus octavus est inclusis utrisque, à posterioribus, septimus.

De Constantini M. obitu, & initio Constantii, deque Solis defectionibus variis, quæ hoc imperante contigerunt.

CONSULIBUS Feliciano, atque Titiano mortuum esse * Constantinum testes sunt veteres: Socrates in calce lib. i. qui & xi. Kalend. Jun. id accidisse refert, anno secundo cclxxxviii. Olympiadis, vixisse vero annos lxxv. regnasse xxxi. Subscribit & Sozom. lib. 11. cap. xxxii. vita & imperii totidem annos tribuens. Idarius in Fastis, Feliciano & Titiano Coss. Constantinus, inquit, Augustus ad caelestia regna ablatas est xi. Kalend. Junias, & ipso anno nuncupati sunt tres Augusti, Constantinus, & Constantius, & Constantus v. Eid. Septembris. Chronicon Alexandrinum iisdem Coss. obiisse perhibet; Maii xxii. five xi. Kalend. Junias, ipso die Pentecostes. quod & Eusebius lib. iv. de Vita Constantini cap. lxiv. memorie prodidit. Convenit tempus anno Christi cccxxxvii. Cyclo Solis. lit. B. Lunæ xv. quo Pascha contigit Aprilis 111. Pentecoste Maii xxii. Imperavit igitur annos plures quam xxxix. & menses viii. quot imputavit Scaliger, quem in epocha Constantini multum fugit ratio: uti supra docuimus. Quare xxxii. falem attingit.

Supplementum Hieronymi Tricennialia Constantii anno antequam obire data memorat. Idarius vero bienniali, Coss. Constantio, Albino: Rectius quidem: uti Tricennialia competunt in annum cccxxxv. ex quo consequens fit anno cccvi. aut etiam cccv. Constantinum inivisse. In quo frustra consistatur Scaliger.

Paullo vero ante mortem baptizatum esse Constantinum veteres affirmant: Eusebius lib. iv. de vita Constantini, Hieronymus in Chronico, Ambrosius Orat. in funere Theod. quibus Socrates, Theodor. Sozomenus, & Chronicon Alexandrinum & alii multi suffragatores accedunt. qui & ab Arianiis, eorumque signifero Nicomediensi Eusebio baptizatum referunt. At ex adverso conditor Annalium Ecclesiasticorum pugnat Actorum Silvestri auctoritate fretus: cui & Theophanes patrocinator; ex eo demonstrans Constantinum Nicæni Concilii tempore baptizatum fuisse, quod aliqui catechumenus medio in Episcoporum consessu locum nullum habuisset. Sed eam disceptare litem alterius est instituti.

Quamobrem Constantii Imperatoris initium, quod commune cum fratribus habuit, confurgit ab anno Christi cccxxxvii. Quod ex observatione caelestis colligitur; cujus in Supplemento meminit Hieronymus ad annum Eusebii mcccclxiv. Constantii x. Sic enim refert. Solis facta defectio. Theophanes quoque ad annum Constantii x. τῆς δ' αὐτοῦ, inquit, ἐστὶ ἐκλειψὶς ἡλίου ἰσχυρὰ, ὥστε οὐ δύνασθεθεὶς φανῆσαι ἐν τῷ ἕξει, ἐν ἕξει γ' ἡ ἡμέρας, μὴν δ' αὐτοῦ εἶ. Eodem anno defectio Solis accidit: adeo ut stella apparuerit in caelo, hora diei tertia, Dasia mensis (is est Junius) die sexto. Eadem & Cedrenus habet. Rursus Theophanes anno sequenti, quem xi. Constantii numerat; τῆς δ' αὐτοῦ ἐστὶ ἡ ἡμέρας πάλιν αὐρομένη, ἡ γέγονεν ἐν ἕξει β' ἡ καὶ ἐκλειψὶς ἡμέρας. Hoc anno Sol rursus squallidior apparuit hora secunda diei Dominica.

Prior illa Solis defectio Junii vi. die contigit, anno Christi cccxli. aureo numero v. cyclo Solis xix. littera E. Novilunium verum ex Parisinis tabulis contigit hora 6, 41', 50". tempore physico, Constantinopoli. Apparens vero sub horam 5, 31'. Sole in gradu 14, 48'. Geminorum posito. Fuit eclipsis illa digitorum 7, 36'. Initium ejus hora post mediam noctem 4, 44'. quadrante circiter uno post Solis ortum, qui per id tempus hora 4, 28'. oritur. Finis eclipsis hora 6, 18'. Tenuit horam 1, 34'. Quare neque totus Sol defecit; neque hora diei tertia maxima illius obscuratio contigit, sed secundâ; quâ & defuit. Tametsi vera conjunctio in horam diei tertiam incidit.

Anno

* Libanius Oratione funebri Juliani Tom. 11. pag. 253. Constantinum ait quadraginta annos imperasse, oratorio more, hunc enim

intelligo sub Salmonei nomine. Petruvius. Addebat hinc Petruvius in suo exemplari Ariminense Concilium.

II. Solis defectio.

Anno sequente, cyclo Lunæ vi. littera Domin. D. Solis altera defectio contigit, Octobris xx. feria 111. Novilunium verum, ex Parisinis tabulis, incidit hora 15, 44'. à media nocte, Romæ. Apparens autem hora 16, 22'. Initium defectionis hora 15, 25'. finis, hora 17, 15'. scrupulis 5'. circiter ante Solem occasum, qui hora 17, 20'. infra horizontem in illo situ mergitur. Duravit itaque horam 1, 50'. apparente motu; fuitque digitorum ferme septem. Sol vero motu in gradu libræ 27, 28'. versabatur. De hac eclipsi Theophanes intelligi non potest, cum anno sequente scribit Solem lurida specie esse conspectum, Dominica die. Sed nec ulla præter istam altera Solis defectio anno cccxlvii. contigit. Quamvis enim Maii xxvi. Novilunium medium eclipticum videatur: (quod Romæ factum est hora 8, 3', 18". à media nocte. Latitudinis porro motum habuit Signorum 0, 15, 10', 6".) tamen neque apparens Novilunium Romæ prospici potuit: (quod quidem hora post meridiem 8, 6'. contigerit, hora 1, 35'. post verum, quod incidit in horam 6, 31'. Sol autem cum in gradu Geminorum 4, 32'. versaretur, occidit hora 7, 23'. post meridiem;) neque motus latitudinis tempore apparentis eclipticus fuit. Erat enim signorum 0, 18, 12', 55".

III. Solis defectio.

Verum anno cccxlvii. cyclo Lunæ vii. Solis xxi. littera C.B. illa ipsa sine dubio incidit eclipsis, quam Theophanes observat Dominica die hora diei secunda contigisse. Hoc enim anno Octobris ix. feria 1. defecisse Solem animadvertimus. Novilunium verum ex Parisinis tabulis in urbe Constantinopoli accidit hora 9, 5'. post mediam noctem, physico tempore. Apparens autem hora 7, 31'. Initium eclipsis hora 6, 36'. paullo post ortum Solis: qui hora 6, 24'. oritur in illo situ. Finis defectionis hora 8, 33'. Duravit horam 1, 55'. apparente motu. Summa ejus obscuratio hora 7, 31'. hoc est hora diei secunda: ut scribit Theophanes. Fuit digitorum circiter 8. Ut vel hoc exemplo Parisinarum tabularum fides approbari possit.

Theophani error.

Falsus est tamen in eo Theophanes, quod anno proximo post illum, quo Junii vi. Sol defecit, alterum illud deliquium Dominica die hora secunda commissum esse dixerit. Hoc enim posterius tertio à priore anno accidisse videmus. Sanè Cassiodorus in Chronico, Philippo & Saltea Coss. Solis defectionem esse factam memorie prodidit. Qui quidem Coss. anno Christi cccxlviii. tribuntur. De hac igitur Solis eclipsi loquitur: quam Marianus Limeno & Eone Coss. notat; & anno Christi cccxlvii. Sed Coss. isti ad annum pertinent cccxlix.

Error Mariani.

Sed mendosè Marianus xviii. Kalend. Januarii Solem defecisse scribit; quod est falsissimum. Nec minus absurda Mercatoris opinio: qui anno Christi cccxlviii. octavo Kalend. Januarii eandem defectionem Solis assignat. Atqui hoc ipso anno, cyclo Lunæ vi. Novilunium medium Decembris xix. die ineunte contigit, ex Parisinis tabulis. Quinetiam ad xviii. Decembris adscriptus est aureus numerus vi. ad octavum verò Kal. Januarii aureus numerus xix. Unde perspicua est hallucinatio: quæ multo magis ex ea Solis eclipsi patet, quam eodem anno Octobris xx. contigisse demonstravimus.

Error Scaligeri.

At Scaliger tum lib. v. de Emend. tum in Animadv. ad annum mcccclxiii. vehementius impigit. Illic enim Cedrenum arguit, quod anno x. Constantii scripserit Solem defecisse Junii vi. Nam quamvis, inquit, ea die conjunctio fuit luminarium, tamen neque latitudinis lunaris anomaliam, neque eclipsis illa, de qua jam locuti sumus; (nimirum, quæ anno sequente, Octobris xx. commissa est;) hoc patitur: cum à vi. Junii anni cccxlvii. ad xx. Octobris anni cccxlviii. intervallum tantum syzygie xvi. Hæc cum lib. v. de Emendatione scripserit, in Animadversionibus Eusebiana postea castigare voluit; sed partim in eodem cœno implicatus hæsit: partim etiam novo errore cumulavit. Nam ad Eusebii verba illa anno x. Constantii Imperatoris adscripta: Solis facta defectio: Cedrenum sequitur; ac Junii vi. hanc defectionem attribuit, annoque Christi cccxlvii. & Euseb. mcccclxiii. Ideo metachronismum unius anni ab Eusebio commissum putat. Corrigendum (ait paullo post) quod scripsimus in libris de Emendatione Temporum, eam eclipsim contigisse anno sequenti, Octobris xx. Nam falsum est omnino. Neque verò noster error est: sed Mariani Scoti, quem aversæ

sequi sumus, qui falsò collocat istam eclipsim xx. Octobris anni cccxlvii. in quo nulla defectio solaris contingere potuit, latitudine lunari repugnante. Propterea si anno cccxlvii. Sol defecit vi. Junii, ab ea die ad diem xx. Octobris anno sequenti, sunt syzygie xvi. quod intervallum est aversæ. Potius contigisset mense Decembri, siquidem ulla contingere debuisset. Hic verò Theramenis, quod aiunt, cothurnum observare licet. Iisdem enim argumentis priorem, Sol vero motu in gradu libræ opinionem redarguit in Animadv. quibus eam, quam hic amplectitur, illic refellendam putaverat. Quippe Junii vi. anni cccxlvii. negabat ideo defecisse Solem, quod anno sequenti, Octobris xx. defecisset. At in Animadv. negat Octobris xx. defecisse, quia Junii vi. defecerit. Utrobique verò sic aberrat, ut qui homini huic æquissimus esse velit, tum cum ista feriberet, quid ageret necesse fateatur. Uno verbo; triplex Solis defectio annis totidem accidit, nimirum cccxlvii, cccxlviii, & cccxlviii. Prima Junii vi. secunda Octobris xx. tertia Octobris ix. ut ex iis constat, quæ paullo ante diximus, & singularum descriptio suo loco plenius ostendet. Quin & Buntinghus secundam ex Prutenicis tabulis accuratissime delineavit, ejusque calculi non multum à nostris diffident. Motus verus latitudinis apud illum est Signorum 5, 16, 53', 29". Nobis est 5, 17, 9', 48". Latitudo Lunæ illi est 67', 58". nobis 66', 13". Parallaxim denique latitudinis invenit ille 53', 42". nos 54'. qua deducta de latitudine, reliqua sunt 12'. quæ est apparens latitudo, & quidem ecliptica. Porro intervallum ab apparenti conjunctione Junii vi. hora 5, 31'. anni cccxlvii. ad apparentem Octobris xx. hora 16, 22'. anni cccxlviii. est dierum 501, 10, 51'. quæ sunt syzygiæ lunares xvii. quod sanè intervallum est aversæ. Denique quod subjicit, Decembri potius mense futuram eclipsim, si quæ contingere debuisset; non minus est absurdum. Siquidem anno cccxlvii. Decembri media conjunctio incidit in diem xix. hora 0, 21'. post noctem mediam. Motus latitudinis medius Signorum 7, 19, 52'. aversæ. Non erat sanè cur nos ad accuratissimam observationem Scaligeri lib. v. de Emendatione Temporum, vir bonus allegaret, ut de hac eclipsi certi quid haberemus. Nam fœdissimè & hic, & in Animadv. omnia conturbat.

De Hieronymo, uti breviter absolvam; cum hic Eusebiano more Imperatorum annos non ab eo, quo imperare cœperunt, sed ab insequente potius ordiatur, & in quibusdam exemplaribus ad annum Abraami mcccclxiii. Constantii x. adscripta sit eclipsis illa mentio: nec non ad annum Christi cccxlvii. qui est communis ætæ cccxlvii. ut in editione Scaligeri: verissimilius est secundam Solis defectionem ab eo significari, quæ Octobris xx. contigit, anno Constantii xi. Christi cccxlviii. At in editione Pontaci eclipsis eadem apponitur anno Constantii xi. sed Abraami mcccclxvi. Hic annus ab Octobri cœpit anni Christi cccxlviii. Quocirca solare deliquium ab Hieronymo proditum tertium illud erit, cujus Theophanes meminit; quod Octobris ix. accidit, feria 1. Nam & majus antecedentibus duobus exiit. Nos Eusebiana Chronici vetustissima exemplaria tria consulimus. quorum in uno reperimus ad annum xi. Constantii, & quartum Olymp. cccxxxii. Solis defectionem adnotatam. In ceteris ad Constantii x. & tertium Olymp. cccxxxii. Crediderim omnium optimam esse lectionem, quæ ad Olymp. cccxxxii. annum iv. Abraami adscribitur annum mcccclxvi. Constantii xi. qui etiam annus in Pontaci editione ponitur. Sed adjungitur annus 1. Olymp. cccxxxii. Antius Constantii xi. apud Hieronymum revera duodecimus est. In eum verò à nobis inventa Solis defectio cadit, anno Christi cccxlviii. Octobris ix.

Sed alia est ejusdem Constantii epochæ longè prior. IV. Solis illis nota certior ex solari itidem deliquio, quod ceteris majus horribiliusque conspectum est Constantio x. Juliano 111. Coss. Hoc Ammianus initio lib. xx. descriptit; & ejus occasione desiderium defectione disputat. Eodem, inquit, tempore per Eos tractus caelum subæstrum caliginis cernebatur obscura, & à primo aurora exortu usque ad meridiem intermicabant jugiter bella. hæcque terroribus accedebat, quod cum lux caelestis operiretur, è mundi conspectu penitus luce abrepta, defecisse duntaxat Solem parvula mentes hominum estimabant: primò attenuatum in Lunæ corticulis effugiem, deinde in speciem auctum semestrem postea.

III. Solis defectio.

III. Solis defectio.

C c 3

posteaque in integrum restitutum. Vifa est hac Solis eclipsis anno Christi cccix. quo Coss. fuerunt Constantius x. Julianus i. i. aureo numero xix. cyclo Solis v. littera B A. Novilunium verum in Mesopotamia ad Tigridis fluvium, longitudinis graduum 80. latitudinis 36. factum est Augusti xxviii. feria ii. hora 7. 31. matutina. apparet hora 5. 31. in ipso Solis exortu. Itaque summa ejusdem orientis obscuratio fuit, digitorum circiter xi. ut vere scripserit Ammianus: primo attenuatum in Luna corniculantis effigiem prodidit Solem. Duravit horas circiter 2. 4. motu horario vero, ac desit hora 1. post ortum, nempe 6. 33. Sol vero situ versabatur in gradu Virginis 5. 6. Sed hanc ipsam defectionem horrenda caligo consecuta est; cum idem Ammianus referat ad meridiem usque stellas esse conspectas. quod inusitati prodigii genus est.

Scaliger nescio quid cogitans ad novissimam hanc eclipsis locum illum ex Hieronymi Supplemento trahit, quem nos paullo ante declaravimus: & addit Olymp. cclxxxii. id scribi esse factum, vitio illius seculi, quo Iulianum sumebatur pro Olympiade. Itaque annus Christi cccix. erat primus Iulianus, sive Olympiadi Iuliana, non autem Iulii Elidenfis. Quae sunt aeterna. Hieronymus nullam alterius hujus defectionis mentionem attigit. De Iulianis vero commentis, vide quae in libro cap. xi. contra Scaligerum fuse differimus.

CAPUT XLVI.

De Juliano, Valentiniani utriusque initio: & morte.

EXINDE reliquorum Imperatorum initia communi ex historia deprompta sunt a Scaligero. Velut Juliano; quem Tauro, & Florentio Coss. imperare cepisse notum est ex Ammiano; cum 111. Non. Octobres Constantius obiisset. Hic est annus Christi cccxi. Idem Ammianus refert Juliano, cum Viennae Allobrogum esset, spectrum quoddam apparuisse; quod Constantii mortem tum fore praedixit; cum & Jovis stella Aquarii postrema teneret; & Virginis partem 25. Saturnus occuparet. Et certe anno Christi cccxi. circa tempus illud, quo Constantius excessit, Saturnus gradum circiter 25. Virginis obtinebat: Jupiter quoque gradum 23. Aquarii: ut ex Prutenicis tabulis liquet. Injuria itaque Scaliger ineptos appellat Historicos; qui hac retulerunt in libros suos: quasi ob tarditatem motus Saturni, nota illa temporis consignari mors Constantii non potuerit. Atqui ut vel tardissimi sint motus, nihilominus ab Astronomis, & a Daemonibus utique, longe accuratius designari possunt.

Jam Valentiniani Senioris epocha nemini dubia esse potest. Notatur enim insigni caractere bissextilis diei, qui annum Christi cccxv. designat. Mortuus est Juliano ipso iv. & Sallustio Coss. ut docet Ammianus lib. xxii. & Socrates lib. iii. cap. xxi. Idatius in Fastis, Chron. Alexand. & Cassiodorus; Junii xxvi. five vi. Kal. Julii ut priores tres diserte tradunt. Porro annum istum aetate Dionysiana esse cccxiiii. non dubium est. Siquidem in Idatii Fastis numeratur aetate Hispanica cccxi. de quibus deductis ex perpetua methodo annis xxxviii. reliqui sunt cccxiiii. Jovianus deinde successit qui anno sequenti obiit, Joviano Aug. & Varroniano Coss. iisdem auctoribus, Februarii die xix. ut scribit Idatius: ut autem Socrates refert, die xvii. quod & probabilis est. Ammianus enim post Joviani mortem neminem diebus decem imperii gubernacula tenuisse prodit qui a xvii. Febr. ad xxv. numerantur, bissextili die comprehenso. Ergo anno Christi cccxv. Valentinianus inivit, aetate, ut putat Idatius cccxi. Nec hodie Chronologus ullus aliter sentit. At ante vehementius tempora conturbata sunt. ut in Carrionis Chronico: qui anno Christi cccxv. cepisse refert: quemadmodum & Genebrardus. In Supplemento Eusebii Chronici, quod S. Hieronymus adtexuit, notatur ad eum annum, quo mortuus est Jovianus, annus Christi cccxv. in editione Scaligeri. Recte id quidem, propter unius anni prochronismum. Pessimè autem in Pontacena, annus cccxv.

Valentiniani Junioris obitus nobili caractere signatur ab Epiphonio libro de mensuris & pond. ubi necatum asserit Arcadio xi. & Rufino Coss. & strangula-

tum in Palatio repertum Idibus Maii, pridie Pentecostes, feria vii. Pachon xxi. qui erat xvi. Kal. Junii. Quae omnia congruunt anno Christi cccxii. ut ad illum locum ostendimus. Apud Marcellinum duplex error est, quod & anno superiore, Tatiano & Symmacho Coss. interfectum esse dicit, & Idibus Martis. De anno & Coss. cum Epiphonio consentit in Fastis Idatius.

CAPUT XLVII.

De obitu Sancti Martini Turonensis Episcopi.

SANCTISSIMI Martini Episcopi Turonensis obitus insignis olim apud Gallicanos Annalium Scriptores titulus temporum fuit. Ab eo certe Sanctus Gregorius ejusdem urbis antistes historiae suae intervalla deducit. Quem cum antiquissimum ac propemodum unicum Scriptorem habeamus, a quo Francorum exordia, primorumque regum gesta memoria prodita sunt; praeter Martini commendationem, & gloriam; Gregorianae insuper historiae ratio id exigit, ut illius mortis annum, seu vitae potius melioris initium diligentius exquiramus. Fecit idem libro de Emendat. vi. Scaliger. Cum enim prisci Francorum imperii primordia pertractaret, putavit ad id esse satis, si Gregorii Turonensis historiam leviter percurreret, quaque in illis expressè conceptaque sunt notae temporum, eas ad exam. vocaret. Hoc ut praestare posset, a Martini obitu necessario sumpsit initium. quem Gregorius, uti dictum est, titulum historiae suae praefixerat. Verum tam in hoc, quam in perisquae historiae Gregorianae vestigiis foedissime prolapsus est. Sed qua de Martino scribit idem Gregorius, prius expendamus.

Libro primo Historiae Francorum, capite xlvii. & ultimo his verbis mortem illius exposuit. Arcadii vero, & Honorii secundo imperii anno, Martinus Turonensis Episcopus, plenus virtutibus, & sanctitate, praebens infirmis multa beneficia, octogesimo & primo aetatis suae anno, Episcopatus autem xxvi. apud Condantensem diocesis suae vicum excedens a saeculo feliciter migravit ad Christum. Transiit autem media nocte, quae Dominica habebatur, Attico Caesarique Consulibus. Attici, & Caesarii Consulatus in annum Christi cccxvii. incidit, quo Arcadii & Honorii tertius annus iniiit xv. Kal. Februar. cyclus erat Solis xiv. littera D. Proinde Novembris xi. fuit quarta feria, non Dominica. Et tamen in sententia constat Gregorius, ut illis Coss. excessisse putet; & eo anno, qui sit aetate communis cccxvii. ut ex fine lib. x. patet, in quo alterum quoque Chronologiae illius vitium est. Nam a Passione Domini ad S. Martini obitum utroque loco annos cccxii. numerat, quae summa mendosissima est. Dominice diei characteribus impunitatem errandi minorem facit. Hunc tamen neglexit in Annalibus Baronius: qui anno Christi cccxi. mortem illius assignat. Quo anno cyclo Solis xix. litt. fuit E. Ideo Nov. xi. fuit fer. iii.

Prosper in Chronico a Pithaeo edito anno v. Arcadii, & Honorii Martini obiisse refert. Is erit annus cccxix. littera B. Novembris xi. feria vi.

Haec sunt omnium probabiles maximè sententiae. Nam aut anno Christi cccc. aut cccc. mortuus videtur. Quorum ille litteris praeditus est A. G. iste littera F. In illo, Novembris xi. dies in Dominicum incurrit: isto vero, in feriam ii. Si priorem amplectimur, media nocte, a qua Romano more dies incipit, obiit Martinus. Sin posterior placet, exeunte Dominico die; sed civili consuetudine, quae ab ortu Solis diem auspiciat, adhuc labente, obitus acciderit. Posteriori fustigatur Sulpitius. Hic enim anno Christi cccxv. hoc est Evodio Consule, Martinum ad Maximum Imperatorem venisse scribit, quando perhonorifice ab eo susceptus, & ad convivium admittus est. Idem porro Sulpitius Dialogo 111. Martinum refert, quod invitus in ea legatione Ithacianorum communionem pollutus esset, morore ac penitentia ductum, deinceps ad mortem usque ab omni conventu Episcoporum abstinuisse. Sedem (inquit) postea vixit annos: nullam Synodum adit: ab omnibus Episcoporum conventibus se removit. Ab anno ergo Christi cccxvi. decimus sextus est Christi cccxi. Sed hic Arcadii & Honorii septimus est annus, non quintus; ut Prosper putabat.

Sigebertus

Sigebertus ad annum cccxi. Sanctus Martinus (ait) aetatis anno octogesimo primo, Episcopatus vero vicefimo sexto, obiit hoc anno secundum Prosperum: qui scripsit eum vixisse anno quinto Arcadii & Honorii: imo secundum Severinum, qui scribit in vita ejus, eum post mortem Priscilliani xvi. annos vixisse. Sed fallitur dum Prosperum cum Severo concordare putat. Ambo enim discrepant. Quod scribit anno aetatis lxxxii. decessisse Martinum, idem a Gregorio Turonensi proditum est. Sed nequaquam congruit, si verum est, quod idem lib. i. cap. xxvi. narrat, Martinum anno Constantii undecimo natum esse. Is est Christi cccxvi. ad quem additi lxxx. defunctus in cccxvi. aut si vertentes annos accipias, in sequentem Martini postremus incidet. Quod ut Gregorii opinionem consentaneum est, ita falsum esse constat ex his, quae supra disputavimus. Aut igitur amplius lxxx. vixit annos; aut Christi anno circiter cccxii. Constantii xv. natus est Martinus.

Hinc & Scaligeriana sententia refellitur Martini obitum statuentis in anno Christi cccxv. quo littera quidem Dominicalis erat G, eaque ad historiam apta. Sed cum annus hic idem ab Ithacii nece, & Martini cum Maximo Imperatore congressu sit tantummodo decimus, Severi auctoritate rejicitur.

CAPUT XLVIII.

De Stiliconis Consulatu ii. & Honorii vii. & viii. Consulatus ab Idatio qua ratione digesti.

ANNO Christi ccccv. Indictione 111. aetate Hispaniensis cccxlii. Consul ii. cum Anthemio fuit Stilico, ut in Chronico refert Idatius; & Marcellinus. At Romae exstat inscriptio, qua Heliam quemdam argentarium Consulatu Stiliconis vii. Kal. Novembris die Veneris depositum esse significat. Sed feria v. fuit anno illo non sexta, vii. Kalend. Novembris. Itaque quadratarii errore vitiosa est epigrapha. Hoc multo probabilius, quam quod suspicatur Scaliger, par unum Consulatum deesse inter Consulatum Aufonii, & Stiliconis. Eiusdemmodi circa vii. Honorii Consulatum haesitatio Scaligeri, & falsa suspicio tollenda nobis est. In Inscriptione Graeca Treverensi notatur Θεωδοσιος Ουισος η Β, & Κοσμοβιτιος η Α. Id vero Scaligerum vehementius torfit. Quero, inquit, quis sit iste Constantianus collega Honorii in septimo Consulatu. Nam Marcellinus, Prosper, & Cassiodorus cum Honorio vii. Consule comparant Theodosium iterum Consulem, &c. Mox prito, uisitatioque perisquae spreto sufficit Consulatus, eo propensior est, ut aliquot paria Consulatum in Fastis desiderentur.

Sed levissimus erat iste, neque valde difficilis nodus; quem nullo negotio solvisset, si illorum temporum historiam consuleret voluisset. Nimirum Honorio imperante Constantianus tyrannus ex infima militia ad imperium evectus in Britannia, inde in Gallias erupit: ubi & triennio fere regnavit. Hujus exordium anno Christi ccccvii. convenit, quo Coss. fuere Honorius vii. Theodosius ii. ut ex Zosimo colligitur. Hic enim libro v. iisdem Coss. litteras ad Stiliconem ab Honorio missas esse scribit; quibus significabat, Constantinum occupata tyrannide, ex insula Britannia in Gallias trajecisse, ac pro Imperatore se gerere. Tum eodem anno, exacto jam autumno, Bassum & Philippum designatos esse Coss. scribit. Interfectus est autem Constantinus Theod. Aug. iv. Cof. ut in Fastis notat Idatius, anno Christi ccccvii. hoc est aetate ccccxix. xiv. Kal. Octob. de quo vide Zosimum, & Orosum lib. vii. cap. xl. & xlii. ubi anno U. C. mclxv. sublatum est medio Constantinum refert cum filio Constante, quem Caesarem fecerat, & in Hispanias miserat. Convenit annus Urbis ex Capitolinorum Fastorum ratione cum anno Christi ccccvii. Quamobrem non dubium est Constantinum Gallias jam postulum Consulatum cepisse, & cum Honorio, qui Consul vii. erat, a Treverensibus Gallis fuisse compositum. Nam & aliàs saepe, cum tyranni

imperium alicubi per vim occupassent, Consules duos, aut eorum saltem alterum legebant; quorum nominibus Fasti signabantur iis in regionibus, in quibus dominabantur. Quod ex Idatii Fastis apparet. In iis enim gemina nonnumquam Consulatum paria ponuntur. Velut aetate cccxvi. qui est annus Christi cccviii. Diocletiano x. & Maximiano vii. Coss. alterum par Coss. additur, Maxentius & Romulus, qui videlicet a Maxentio tyranno creati fuerant, quod & annis quatuor sequentibus factum ibidem legitur, usque ad aetate cccxi. hoc est annum Christi cccxi. quo Maxentius interfectus est, qui tum quarto suo Consulatu, eoque solo annum aperuerat; cum legitimi Coss. essent Constantinus ii. & Licinius ii. Quocirca facile hinc animadvertitur cum Honorio Consul in veteri lapide positus sit Constantinus. Hic enim commune cum Honorio imperium habere voluit; in eumque legem legationem ad illum adornavit; ut testatur Zosimus.

Alterum Scaligeri περιεγραφα. Depravatos esse Consulatus Fastos inde colligit; quod in Cod. Theod. lib. xi. Tit. xxviii. Eutropius U. C. comparatur Consul cum Valentiniano Aug. 111. Atqui cum Valentiniano 111. ab Ammiano lib. xxviii. Socrate, & aliis componitur Valens 111. Verum alius est Valentinianus iste, quo cum Eutropius Consul fuit, ab eo, cujus collega fuit Valens. Hic enim Valentinianus est senior, cujus Consulatus 111. cum Valente fratre cadit in annum Christi cccxx. at Valentinianus junior 111. Consul cum Eutropio convenit anno cccxxxvii. Theodosiani Codicis locus ille est in lege viii. quam nos supra discussimus, ac cetera quae perperam in ea lege interpretatur Scaliger, enarravimus.

CAPUT XLIX.

De exilio S. Joannis Chrysostomi, ejusque, & Eudoxia, aetate Arcadii mortis. Georgius Alexandrinus scriptor notatur.

HONORIO vi. & Aristaneto Coss. pulsam fuisse Chrysostomum veteres Historici consentiunt: qui est annus Christi cccxiv. Indict. 11. Ita Socrates lib. vi. cap. xvii. Chron. Alexandr. Corrigendus itaque Marcellinus in Chronico, qui Theodosio Juniore, & Rummorio Coss. id accidisse refert; Indict. i. Eodem anno post tres circiter menses Eudoxiam Augustam mortuam testatur Socrates lib. vi. cap. xvii. Sozom. lib. viii. cap. xxvii. Prosper in Chronico, qui iisdem Coss. Eudoxiam obiisse memorat.

Alexandrinum vero Chronicon hunc ipsum annum certis notis designat. Nam ad Coss. Honorium vi. & Aristanetum, Indict. 11. scribit, mense Hyperberetæo, qui est Octob. feria vi. circa horam viii. ingentem grandinem e caelo decidisse: & επιδραμον Εβδομης Αργυρα μωυ τω αυτω Τπερβερεταιω, απη α Ναννιω Ουταβελιω, ημερα ε, η επθη εν ποις αργους & παρταυς μωυ Τπερβερεταιω, απη δ Ειδων Ουταβελιω, ημερα δ. Mortua est Eudoxia Augusta eodem mense Hyperberetæo, prid. Non. Octob. feria v. & deposita est in Ecclesia sanctorum Apostolorum, Hyperberetæo mense, iv. Eid. Octob. feria iv. Feriarum hic character, quem videtur publicis ex Actis auctor expressisse, docet anno eodem, quo in exilium pulsus est Chrysostomus, Eudoxiam obiisse; anno, uti dictum est, cccxiv. quo cyclus erat Solis xxi. littera C. B. Igitur prid. Non. Octob. fuit feria v. & iv. Eid. Octob. feria iv.

Quod autem asserit eodem mense, feria vi. grandinem e caelo decidisse, si id ante mortem Eudoxiae contigit, uti Socrates & Sozomenus asserunt; & quidem quarto ante die; non potest Hyperberetæo mense, sed Gorpia potius ultimo accidisse die, qui est Septembris, cujus postrema dies fuit feria vi. Nisi forte ημερα περιεγραφα Chronicon appellet Sabbatum, quae est περιεγραφα η κυριακη, quod & verum arbitror. Ita Kalendis ipsis Octobris grando deciderit; & post iv. dies mortua

Apud Photium Cod. lxxvii. Eusebii historiam desit in eum annum, quo, passio Joannis Chrysostomi, Aristici substitutus est: & η βασιλειου Αρκαδου γυναικα παρεστειχθη, η ημερολογησιον. Ergo eodem anno 404. nam Aristici obiit sequenti. ti. REAVINI.

quidam est illorum temporum, per quem ceterorum epocha certius investigari possunt. Initium ejus in ipsum Natalis Domini diem incidit: ut testatur Gregorius lib. v. cap. 1. Annus vero Christi fuit DLXXV. quod multis argumentis efficitur. Imprimis Gregorius lib. v. cap. xviii. refert anno 11. Childeberti. (Nam postea cap. xxv. annus tertius subjicitur) dubiam Paschatis observationem fuisse. Nam in Gallis celebratum est XIV. Kalend. Maias. in Hispania XII. Kalend. Aprilis. Congruit hoc anno Christi DLXXVII. cyclo Solis XXI. littera C. Aureo numero VIII. Terminum Paschalis Latinorum XIX. Martii, feria VI. Proinde Pascha secundum Latinorum, ac Victorii praescriptum celebratum est Martii XXI. de qua etiam annuum in omnino quod lib. II. cap. LXIII. disputavimus. Sigebertus in Chronico valde imperite confert hanc Paschatis historiam in annum Christi DLXXIII. quo cyclos erat Solis XXII. littera A. Luna IV. Neuter vero congruit. Jam vero cum tertius annus Childeberti coeperit à Natali anni DLXXVII. primus utique à Natali iniiit anni DLXXV.

Pascha dubium. * Sed insignis est ejusdem Gregorii locus lib. x. cap. XXIII. ubi anno XV. Childeberti, & Gunthramni XXIX. (ut cap. x. scribitur) aliam de Paschate controversiam incidisse memorat. *Dubietas*, inquit, *Pascha fuit ab hoc, quod in cyclo Victor Luna XV. Pascha scripta fieri. Sed ne Christiani ut Judaei sub hac Luna hac solennia celebrarent, addidit: Latini autem Luna XXI. Ob hoc multi in Gallis Luna XV. celebraverunt. nos autem XXI. Inquisivimus tamen studiosè. Sed fontes Hispania, qui divinitus inspicuntur, in nostrum Pascha repleti sunt. Terra motus factus est magnus XVII. Kal. mensis quinti, die quarto, primo mane, cum lux redire cepisset. Sol eclipsin perculit mensis octavo mediantem: Et ita lumen ejus minuit, ut vix quantum quinta Luna cornua retinet, ad lucendum haberet. Hic triplex est character; Paschatis Luna XV. vel XXI. celebrati; feria IV. in XIV. Junii cadentis; & eclipsis Solis Octobri mense. Quae omnia sine dubio in annum Christi dxc. incurrunt. Fuit enim hoc anno cyclos Solis XI. littera A. cyclos Luna II. Neomenia Paschalis XII. Martii; Terminus in XXV. Martii, feria VII. Ergo Martii XXVI. fuit Luna XV. eademque Dominica Paschalis, & quidem legitima. At secundum Latinorum regulam alii in XXI. lunam, id est Aprilis 11. Pascha diffuderunt. Rursus eodem anno XVII. Kal. Julius fuit quarta feria. Octobri vero mense Sol defecit. Novilunium verum Lutetiae commissum est Octobris IV. feria IV. hora II. 10', 33". à media nocte. apparet vero hora 10, 4', 49". Motus latitudinis versus Signorum 5, 21', 6". Latitudo vera borealis 46', 8". Parallaxis latitudinis 35', 30". Ergo apparet latitudo 10', 38". qua deducta de summa semidiametrorum 28', 40". superant 18', 2". Proinde digitorum fuit paullo minus septem. Tenuit horas circiter duas vero motu: cepitque sub horam 9. à media nocte, & undecima defuit. Rectè itaque Gregorius Solis lumen ita diminutum asserit, vix ut tantum orbis lucidi remaneret, quantum Luna quintæ cornua retinet. Quinta Luna tempore Gregorii penè sexta fuit àe, & celestis. Quae ad dimidiatam propius accedit. cujusmodi pars illa Solis fuit, quæ Lunæ interventu non obscurabatur. Hic duo sunt animadvertenda. Alterum, ordinem mensium à Martio repeti. Sic enim quintum appellavit Julium; octavam itidem, Octobrem. Alterum; quod mediantem octavo mense dixit eclipsin illam Solis incidisse, idem esse quod labente. quemadmodum loquitur Epiphanius Hæresi lxx. ut ad Num. x. & xii. ibidem observavimus. Nam illic *pascha dicitur à d'j'um dicitur*, pro eo quod est *labentibus azyrnorum diebus*.*

Eclipsis Solis anno Domini 590.

Scaligeri error gravis. Scaliger pag. 584. Hæc cum non animadverteret Scaliger, mirificè totam hanc Gregorii depravavit historiam. Credit enim illa omnia contigisse anno Christi DLXXXVIII. cyclo Solis IX. Paschali XIX. littera DC. Sed reliqua minime congruunt. Verum ille quintum mensem, adeoque reliquos ordine numerari putat initio ab Aprilii factò. Quare ratione quintus mensis erit Augustus, cujus XVII. die fuit feria IV. Legendum enim apud Gregorium asseverat XVII. mensis quinti, pro XVII. Kalend. Non enim, inquit, dicitur XVII. Kal. mensis quinti: sed prima, secunda, tertia mensis quinti. Quare si ex more Romano per Kal. & Idus, & Nonas mensum primum, secundum, tertium putare motus esset, hic XVII. Kal. mensis quinti esset Idus ipsa Julii. Sed vehementer errat; absurdèque fingit à Gregorio mensum appellari non Julium, sed Augustum. De eclipsi porò Solis ab eodem Gregorio notata multò alieniora sentit. Hanc enim octavo mense, id est Novembri contigisse vult, Christi anno DLXXVII. in quo sanè Sol defecit, inquit, XV. Novembris, hoc est, ut ipse loquitur, mediantem octavo mense. Igitur confundit annum DLXXXVIII. in quo dubietas Pasche fuit, & XVII. Augusti erat feria quarta: cum anno DLXXVII. in quo eclipsis contigit XV. Novembris. quem etiam annum in fine operis ait fuisse quintum Gregorii Papæ, cum is fuerit octavus iniens illius Papæ. Hic in reprehendendo temeritatem hominis, an hallucinationem magis admittit nescio. Nam utraque non vulgaris est. Solis defecionem anno illo Nov. xv. in Gallis fuisse confectam, id verò falsum est. Contigit enim Novilunium verum Lutetiae hora 5, 35', 49". duabus horis ante Solis ortum. qui cum per idem tempus in Scorpii gradu 25, 47'. deprehensus sit, oriebatur circa horam 7, 36'. Itaque ramentis elliptica fuerit ista syzygia. (Nam motus versus latitudinis erat Sign. XI, 21, 51") tamen neque in Gallis videri potuit: quod ante Solis ortum accidit. neque ut orto jam Sole commissa sit; in Europa conspici potuisset: propterea quòd australis erat latitudo, quam parallaxis augere solet, & ultra fines eclipticos summove. Injuria itaque Scaliger Gregorium accusat, quem verissimè constat in annum dxc. omnia illa contulisse Sigebertus ad annum dxcvi. ista scribit: *Sol à mane usque ad meridiem minoratus est, usque ad tertiam sui partem. Videtur eandem illam à Gregorio memoratam Solis eclipsin intellexisse. quòd Gregorius vix tantum ex orbe Solis ab obscuritate vindicatum fuisse dicat, quanta est Luna quinta. Sed absurdum est quòd dicit à mane usque ad meridiem id perseverasse, quatuor circiter horis.*

Ejusdemmodi est & alia Scaligeri castigatio. Gregorius lib. IV. cap. XXXI. scribit regnante Sigeberto Kalendis Octobris ita Solem obscuratum apparuisse, ut nec quarta quidem pars in eodem lucens remaneret; sed vix ut decolor apparet quasi faccus videretur. Hoc fieri non potuit, ait Scaliger, nisi anno Christi DLXXIV. cyclo Luna v. Solis XXI. littera G. Sed eodem anno Novilunium incidit quidem in Kal. Octobris; contigitque medium Lutetiae Octobris I. feria 2. hora 1, 50'. à media nocte. Medium latitudinis motus, Sign. 7, 10, 39'. qui eclipticus non fuit. Quare pro Kal. Octobris scribendum ait Scaliger, Kal. Septemb. quibus Sol defecit. Atqui nulla tum eclipsis Solis in Gallis, neque Europa tota cerni potuit. Motus sanè latitudinis eclipticus fuit. Medium enim signorum fuit 6, 10, 2'. Sed australis erat latitudo, quam parallaxis excludit ab eclipticis terminis. Quinetiam vera synodus hora una circiter ortum Solis antecessit. Contigit enim vera post mediam noctem hora 5, 56'. apparet hora 4, 11'. Sole in gradu Virginis 10, 13'. commorante, quo tempore sub horam 5, 24'. exoritur. Vides quàm sit exquisita Solis ac Luna cognitio ad temporum doctrinam, errorèque castigandos utilis, imò necessaria cujus præditiis non satis instructus Scaliger miserabilem in modum lapsus est. Quocirca posteriorem illam à Gregorio memoratam lucis in Sole defecionem citra lunarem *inmensè d'non* accidisse verissimè est: aut alio id mense contigisse. quem ex tabulis investigare possunt, quibus otium suppetit. Ceterum ex priore Solis eclipsi, ac reliquis anni dxc. notis, quem in annum Childeberti xv. incurrat; evidens est annum primum ejusdem regis inire ex Natali Dominico anni DLXXV. Idem etiam adstruunt & alia Gregorii loca, in quibus Childeberti junioris anni singillatim percensentur. Libro VI. capite xxv. anno Childeberti regis octavo, pridie Kalendas Februarias diem Dominicam fuisse refert. Erat ergo Dominicalis littera C. adeoque Christi annus DLXXXIII. cyclo Solis IV. Ad hæc anno Childeberti septimo, qui erat Chilperici, & Gunthramni vicissimus primus, (ait libro VI. cap. XIV.) inter alia prodigia, Luna eclipsin passa est, uti capite XXI. scribit. Et revera anno DLXXXIII. bis insignis Luna defecio contigit. Primum Martii xxv. feria IV. Penilunium verum, & eclipsis medium accidit hora 3, 56'. post mediam noctem. initium hora 1, 48'. finis hora 6, 4'. Itaque duratio ejus horarum 4, 18'. fuitque digitorum 22, 8'. Sol vero situ in Arietis gradu 6, 28'. collocatus erat. Altera defecio Septembris XVII. feria VI. Penilunium verum incidit hora 0, 41'. Sole in gradu Virginis 26, 49', 22". posito. Cæpit Septembris XVII. hora 2, 51'. post mediam noctem. defuit hora 2, 31'. post mediam noctem Septembris XVII. Ita duratio ejus horarum 3, 40'. Digitos habuit 21. circiter.

Idem porò Gregorius lib. v. cap. XII. lunam ait esse contenebratam anno Childeberti, ut apparet, quinto. Annus iste Christi debet esse DLXXX. cyclo Luna XI. Sed hoc ipso nulla Luna defecio in Gallis est visa. Bis quidem oppositionis media tempore motus latitudinis intra terminos eclipticos consistit. Primum Maii XIV. Media enim oppositio contigit hora 16, 52'. à media nocte. Motus latitudinis Sign. 0, 12, 18', 49". Vera oppositio Maii XV. hora 0, 40'. post mediam noctem, physico tempore. At motus latitudinis versus signorum 0, 13, 23', 36". extra terminos eclipticos. Itaque latitudo Luna 69', 6". major est semidiametrorum Umbrae, Lunaque summa, quæ est scrupul. 63', 56". Alterum penilunium medium contigit Octobris IX. feria IV. hora 8, 32'. Medium motus latitudinis Sign. 5, 15, 40', 4". Vera oppositio Octobris VIII. feria III. hora 19, 18'. Motus latitudinis versus Sign. 5, 13, 18', 39". extra limites eclipticos. Quocirca anno Childeberti quinto Luna non defecit. Sed anno sequenti, Christi DLXXXI. Luna plus dimidia parte obscuratum est. Verum Penilunium contigit Aprilis V. feria VII. hora 1, 32'. post noctem mediam, physico tempore. Initium eclipsis hora 0, 2'. ipso penè momento mediae noctis. Finis hora 3, 2'. Duravit horas 3. fuitque digitorum ferè septem, hoc est 6, 40'.

Ex iis omnibus citra controversiam liquet annum Childeberti junioris primum, ut & Sigeberti patris ipsius obitum, cadere in annum Christi DLXXV. cuius ab natali regnum auspiciatus est. Chlotarii liberi quatuor annis XV. antea regnaverant: quot videlicet Sigeberto tribuuntur. Ideo Chilperici & Gunthramni decimus quintus, est Childeberti primus. Gregorius lib. v. cap. XXI. Anno quoque tertio Childeberti regis, qui erat Chilperici, & Gunthramni septimus decimus annus. Capite item XXVII. quartus Childeberti, aliorum est octavus decimus. Sic lib. VI. cap. XIV. annus septimus Childeberti est XXI. amborum fratrum. Item lib. X. cap. X. annus XV. Childeberti cum XIX. Gunthramni componitur. Unde librarii error opus in calce corrigendus est. ubi se definire dicit in annum Gunthramni regis XXXI. & Childeberti XIX. qui sit S. Gregorii Papæ quintus. Si Gunthramni XXI. est Childeberti XXI. tricesimus primus illius erit istius XVII. At verò quintus annus S. Gregorii Papæ revera anno Childeberti XIX. labente cæpit. Sed Gunthramni anno XXXIII. & ultimo; qui est annus Christi DLXIV. Itaque numeri isti castigazione opus habent. quemadmodum & annorum ab orbe condito summa, quæ sexaginta amplius colligit, quàm intervalla, ex quibus constatur, efficiant.

Jam cum Chilperici & Gunthramni, nec non Sigeberti annus XIV. concurrat cum anno Christi DLXXV. primus utique iniiit anno DLXXI. vel DLXI. exeunte: quo mortuus est Chlotarius Chlodovei F. Is annos regnavit II. eodem teste Gregorio lib. IV. cap. XXI. Cæpit igitur anno Christi DX. vel DXXI. Crediderim anno DX. mortuum esse Chlodoveum, eodemque regnare cepisse fratres quatuor. Sic enim à transitu Chlodovei ad obitum Theodobergi Gregorius annos XXXVII. numerat: inde ad mortem Sigeberti, annos XXX. Fiunt anni LXVI. quos si de annis DLXXV. deduxeris, reliquentur anni DLX. Ergo sequenti saltem mortuus est Chlodoveus. Tameñ plerumque annorum particule pro integris annis accipi solent. Unde nemo certam, ac liquidam regum istorum epocham statuere potest. Sed nimis exacta diligenter Pars II.

* Ita loqui solebant, ac mensis tertius, exempli causa est Maius, apud Augustinum vix S. Eligii, Petavini.

uti capite XXI. scribit. Et revera anno DLXXXIII. bis insignis Luna defecio contigit. Primum Martii xxv. feria IV. Penilunium verum, & eclipsis medium accidit hora 3, 56'. post mediam noctem. initium hora 1, 48'. finis hora 6, 4'. Itaque duratio ejus horarum 4, 18'. fuitque digitorum 22, 8'. Sol vero situ in Arietis gradu 6, 28'. collocatus erat. Altera defecio Septembris XVII. feria VI. Penilunium verum incidit hora 0, 41'. Sole in gradu Virginis 26, 49', 22". posito. Cæpit Septembris XVII. hora 2, 51'. post mediam noctem. defuit hora 2, 31'. post mediam noctem Septembris XVII. Ita duratio ejus horarum 3, 40'. Digitos habuit 21. circiter.

Idem porò Gregorius lib. v. cap. XII. lunam ait esse contenebratam anno Childeberti, ut apparet, quinto. Annus iste Christi debet esse DLXXX. cyclo Luna XI. Sed hoc ipso nulla Luna defecio in Gallis est visa. Bis quidem oppositionis media tempore motus latitudinis intra terminos eclipticos consistit. Primum Maii XIV. Media enim oppositio contigit hora 16, 52'. à media nocte. Motus latitudinis Sign. 0, 12, 18', 49". Vera oppositio Maii XV. hora 0, 40'. post mediam noctem, physico tempore. At motus latitudinis versus signorum 0, 13, 23', 36". extra terminos eclipticos. Itaque latitudo Luna 69', 6". major est semidiametrorum Umbrae, Lunaque summa, quæ est scrupul. 63', 56". Alterum penilunium medium contigit Octobris IX. feria IV. hora 8, 32'. Medium motus latitudinis Sign. 5, 15, 40', 4". Vera oppositio Octobris VIII. feria III. hora 19, 18'. Motus latitudinis versus Sign. 5, 13, 18', 39". extra limites eclipticos. Quocirca anno Childeberti quinto Luna non defecit. Sed anno sequenti, Christi DLXXXI. Luna plus dimidia parte obscuratum est. Verum Penilunium contigit Aprilis V. feria VII. hora 1, 32'. post noctem mediam, physico tempore. Initium eclipsis hora 0, 2'. ipso penè momento mediae noctis. Finis hora 3, 2'. Duravit horas 3. fuitque digitorum ferè septem, hoc est 6, 40'.

Ex iis omnibus citra controversiam liquet annum Childeberti junioris primum, ut & Sigeberti patris ipsius obitum, cadere in annum Christi DLXXV. cuius ab natali regnum auspiciatus est. Chlotarii liberi quatuor annis XV. antea regnaverant: quot videlicet Sigeberto tribuuntur. Ideo Chilperici & Gunthramni decimus quintus, est Childeberti primus. Gregorius lib. v. cap. XXI. Anno quoque tertio Childeberti regis, qui erat Chilperici, & Gunthramni septimus decimus annus. Capite item XXVII. quartus Childeberti, aliorum est octavus decimus. Sic lib. VI. cap. XIV. annus septimus Childeberti est XXI. amborum fratrum. Item lib. X. cap. X. annus XV. Childeberti cum XIX. Gunthramni componitur. Unde librarii error opus in calce corrigendus est. ubi se definire dicit in annum Gunthramni regis XXXI. & Childeberti XIX. qui sit S. Gregorii Papæ quintus. Si Gunthramni XXI. est Childeberti XXI. tricesimus primus illius erit istius XVII. At verò quintus annus S. Gregorii Papæ revera anno Childeberti XIX. labente cæpit. Sed Gunthramni anno XXXIII. & ultimo; qui est annus Christi DLXIV. Itaque numeri isti castigazione opus habent. quemadmodum & annorum ab orbe condito summa, quæ sexaginta amplius colligit, quàm intervalla, ex quibus constatur, efficiant.

Jam cum Chilperici & Gunthramni, nec non Sigeberti annus XIV. concurrat cum anno Christi DLXXV. primus utique iniiit anno DLXXI. vel DLXI. exeunte: quo mortuus est Chlotarius Chlodovei F. Is annos regnavit II. eodem teste Gregorio lib. IV. cap. XXI. Cæpit igitur anno Christi DX. vel DXXI. Crediderim anno DX. mortuum esse Chlodoveum, eodemque regnare cepisse fratres quatuor. Sic enim à transitu Chlodovei ad obitum Theodobergi Gregorius annos XXXVII. numerat: inde ad mortem Sigeberti, annos XXX. Fiunt anni LXVI. quos si de annis DLXXV. deduxeris, reliquentur anni DLX. Ergo sequenti saltem mortuus est Chlodoveus. Tameñ plerumque annorum particule pro integris annis accipi solent. Unde nemo certam, ac liquidam regum istorum epocham statuere potest. Sed nimis exacta diligenter Pars II.

Pars II.

* In margine addiderat Petavini: vel VII. Sed in Editione Sirmundi, nulla Justiniani mentio.

tia nihil hic opus est. Quare quod est probabilis amplectimur.

Chlodoveus annos, ut ait in fine lib. II. Gregorius, regnavit triginta. Orius est igitur ab anno ccccclxxx. vel ccccclxxxI. Ante hunc qui Francis regnavit, ita singulorum annos expendes. Chlodio sub annum Christi ccccxxviii. iniiit, Felice, ac Tauro Coss. Quo eodem anno Prosper in Chronico, & Cassiodorus referunt partem Galliarum Rheno proximam à Francis occupatam ab Aëtio duce receptam fuisse. Hujus expeditionis meminisse quidam existimant Sidonium Apollin. Paneg. v. in laudem Majoriani. ubi & Cloionem Francorum regem nominat. Sed hæc posterior est annis aliquot: ut ad eundem locum P. Sirmundus adnotat: ac congruit in annum Christi ccccxliv. Bis igitur cum Romanis congressus ac superatus est Chlodio: primum ad Rhenum: deinde cum in interiore Galliam penetrasset, ad Helenam vicum in Atrebatibus. Chlodionem xx. annos impunitat Aimoisus lib. I. cap. VI. Obiit igitur circa annum ccccxlvi. aut sequentem: quo Meroveus imperare cepit: ut ex Prospero supra docuimus. Ab initio itaque Merovei ad Chlodovei primordia interjecti sunt anni xxxii. circiter in Meroveum, & Childericum partidanti. Childericus quatuor & viginti regnum tenuit, ut Aimoisus asserit lib. I. cap. XII. Novem igitur solidos Meroveus explevit. Initium Childerici sub annum ccccxlvi. Redeamus ad Chlodovei posteros. Childebertus anno regni sui nono & quadragesimo excessit à vita, Aimoisio teste lib. II. cap. XXX. Errant itaque qui XIV. annos regno illius imputant. quos satis superque pragmaticum ejus redarguit. (Ita regium diploma vocat Aimoisus) quod de S. Vincenti ad Urbem monasterio datum est anno regni Childeberti XLVII. Mortuus est itaque circa annum Christi DLIX. cui biennio circiter Chlotarius superstes fuit. Hic enim annos LI. regnavit: qui in annum Christi DLXI. ferè defunus.

Theodoricus utriusque frater obiisse videtur anno Christi DLXXXIII. quo Theodobergum successorem reliquit. Is circa annum DLXVII. anno regni sui XIV. mortuus. Theodobaldus ejus filius anno circiter DLIV. regni sui septimo. Ita regnum omne Francorum paulatim ad Chlotarium est redactum. Chlotarii liberi quatuor anno, quem diximus, Christi DLXI. regnum partiti sunt. Nec audiendus Paulus Warnefridus, qui lib. II. cap. X. significat per idem tempus, quo Alboinus Longobardorum rex Italiam invasit, mortuo Chlotario quatuor ejus filios regnare cepisse: & idipsum capite XXV. Indictione tertia contigisse memorat. Is est annus Christi DLXIX. Octo anni aberrat. Ex iis Chariberto nono, ut ferunt, anno regni ex hac vita sublato; Sigebertus quartum decimum attingit, & adusque Christi DLXXV. pervenit. Chilpericus anno XXII. regni interfectus est, Christi DLXXXV. nono videlicet Childeberti junioris: ut Gregorius auctor est. five in eunte XXIV. Nam Fredegarius, five quis alius auctor Appendicis ad Gregorium, Gunthchramnum scribit anno XXIV. regni sui mortuo Chilperico, Fredegundis, & Chlotarii tutelam suscepisse.

Gunthchramnum denique anno regni XXXIII. v. Kal. Apr. obiit, ut in eadem Appendice legimus, anno Christi DLXIV. Hactenus ex historia Gregorii. Nam reliqua Francorum regum tempora minus impedita sunt. His autem, quæ à nobis constituta sunt, non nihil refragari videntur Conciliorum aliquot Gallicanorum inscriptiones. Nam Aurelianense II. anno XXI. Childeberti senioris, & Justiniani X. celebratum dicitur. Initium Justiniani convenit in annum Christi DLXXVII. Decimus itaque cadet in annum DLXXVI. Ita Childebertus regnare coepit anno DLXIV. quo mortuum ponit Clodoveum Sigebertus in Chronico, eumque vulgò Annales nostri sequuntur. Sed in annum Justinianum mendum irrepit. pro quo substituendus est VI. * uti scilicet anno DLXXXI. celebrata sit illa Synodus. Rursus Concilium Aurelianense III. Paulino Juniore, & anno Childeberti XXVI. † notatum est. Paulini Consulatus convenit in annum DLXXXIV. Unde Childebertus iniecit anno DLVIII. vel DLX. At Annales Ecclesiastici

Concilio: rum aliorum Inscriptio: nes casti: gantur.

D d 2 Paulino

† Oræ adscripserat Petavini: Sirmundus XXVII. & quarto post Consulatum Paulini junioris.

